Quelle: https://manuscripta.at/?ID=979
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



primo mane cõducere operarios in vineã suã. Cõuentione aũt facta cũ operarijs emittit eos in vineã suã. Et egressus circa horã tertiam. vidit alios stantes in foro otiosos et illis dixit. Ite et vos in vineã meã. et quod iustũ fuerit dabo vobis. Illi aũt abierũt. Iterum aũt exijt circa sextã et nonam horã et fecit sic. Circa vndecimã vero horã exiuit. et inuenit alios stantes et dicit eis. Quid hic statis tota die otiosi. Dicũt ei. Quia nemo nos cõduxit. Dicit illis. Ite et vos in vineã meã. Cũ sero aũt factũ esset. dicit dñs vineę procuratori suo. voca operarios et redde illis mercedẽ. incipiẽs a nouissimis vsq; ad primos. Cũ venissẽt ergo qui circa vndecimã horam venerant acceperũt singulos denarios. Venientes aũt et primi arbitrati sũt quod plus essẽt accepturi. Acceperũt aũt et ipsi singulos denarios. Et accipientes murmurabãt ad patrẽ familias dicentes. Hi nouissimi vna hora fecerũt. et pares illos nobis fecisti. qui portauimus pondus diei et estus. Ille respondens vni eorũ dixit. Amice non facio tibi iniuriã.

Nonne ex denario cõuenisti mecũ. Tolle quod tuum est et vade. Volo aũt et huic nouissimo dare sicut et tibi. Aut non licet mihi facere quod volo. an oculus tuus nequam est. quia ego bonus sum. Sic erũt nouissimi primi. et primi nouissimi. Multi enim sũt vocati. pauci vero electi. Offer.

Bonum est confitẽri dño et psallere nomini tuo altissime. Secr. Munera nris quesumus dñe precibus suscepta et celebribus nos munda mysteriis et dignos effice recipi. Ps. Illumina faciem tuam super seruum tuum et saluum me fac in misericordia tua. Cõ. Panem celestem accipiemus et nomen dñi inuocabimus. Oplu.

Ecclesiam tuam dñe propitiatus semper illustra. ut eidem et pacifice dispositionis ordinem tribuas. et quietam tibi semper exhibeat seruitutem. Per. Lectio. Ad hebreos.

Nemo ingreditur illam requiem. et ne in quempiam quis male detur incredulitatis exemplum. Viuus est sermo dei et efficax et penetrabilior omni gladio ancipiti et pertingens vsq; ad diuisionem aie et spũs. compagum quoq; et medullarum et discretorem cogitationum et intentionum cordis et non est vlla creatura inuisibilis in conspectu eius. Omnia aũt nuda et aperta sũt oculis eius ad quem nobis sermo. Habentes